

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gravamina sacri Romani Imperii principum ac procerum

[S.l., Mainz], 1523

Vt plerique ecolesiastici, vitam laicam, planec et rioxsam agant

[urn:nbn:de:bsz:31-114121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-114121)

VT PLERIQVE ECCLESIASTICI, VI-
tam laicam, planeq; rixam agant.

Nec minus etiam Germanis molestum est, quod po-
rior parochorum sacerdotum, monachorum, alio-
rumq; ecclesiasticorum pars, in diuersorij, stabulis ac cho-
reis, populorum turbis se immiscent, in plateis item habi-
tu minus decenti, utputa gladijs, uestibusq; ludicris: præ-
terea rixis, iurgijs, litibus, altercationibus laicos ad iram
& consequenter ad arma prouocant, uulnerant, nonnun-
quam etiam confodiunt. Dein excommunicationis fulmi-
ne miseros illos laicos, uel quos leserunt, eousq; diuexant,
quousq; ad libitum suum laici se cum his composuerint.

ITEM in locis plerisque episcopi, & eorum officiales
non solum sacerdotum tolerant concubinatum, dummo-
do certa persoluatur pecunia, sed & sacerdotes continen-
tes, & qui absq; concubinis degunt, concubinatus censum
persoluere cogunt, asserentes, episcopum pecuniæ indi-
gum esse, qua soluta, licere sacerdotibus, ut uel celibes per-
maneant, uel concubinas alant. Quam res hæc sit nephan-
da, nemo non intelligit.

QVO PACTO NONNULLI EC-
clesiastici, publicas exercent ta-
ernas, & illicita coro-
dant lucra,

Ecclésiastici item, potissimum in his locis, ubi iurisdic-
tionem habent, in templorum dedicationibus, publi-
cas exercent tabernas, suisq; sacellanis & sacerdotibus, tax-
illos, carthulas lusorias, & quicquid ad ludum pertinet, cõ-
uuis administrare, ac omni seposito pudore, illicitum in-
de percipere lucrum student: idq; superioritatis quodam
iure sibi licere adserunt. Quanquam Pontificum canones
imperatorum leges, omnesq; omnium prouinciarum ma-
gistratus